



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Sententiæ aliquos S. Scripturæ quibus Deus laudatur, ac beneuolentia
illius ante orationem conciliatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

autem eam, ore vel corde prout libitum fuerit frequentare.

Ei autem qui eam crebro pio cum cordis affectu vsurpauerit, fidem facere ausim, ipsum omnia quæcunque ipsi vtilia & salutaria fuerint obtenturum: cum nullus orandi modus esse sit efficacior, quo Deus laudatur & misericordia illius extollitur, quemadmodum in prædicta oratione fit, vbi Bonus, pulcher, Dominus, dulcis, & misericors appellatur.

Possunt etiam sequentes S. scripturæ sententiæ ad hoc ipsum adhiberi.

Sententiæ aliquot, quibus Deus laudatur: ac benevolentia illius, ante orationem conciliatur.

Sap. 15.

TV autem Deus noster suavis, & verus es, patiens & in misericordia disponens omnia.

Psal. 17.

Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Non

Non est similis tui in Dijs Domine: & non est secundum opera tua. *Psalm. 85.*

Quoniam magnus es tu: & faciēs mirabilia: tu es Deus solus.

Quia tu es Dominus, altissimus, *2. Par. 36.*
benignus, longanimis, & multum misericors & poenitens super malitias hominum.

Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui magnificus in sanctitate: terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia. *Exod. 15.*

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. *Psalm. 38.*

Et tu Domine Deus miserator, & misericors: patiens & multæ misericordiæ, & verax. *Psalm. 85.*

Exercitium aliud ad perfectionis culmen apprehendendum efficacissimum, vsus videlicet orationum iaculatoriarum.

CAPVT XXIII.

ORATIONES iaculatoriæ sunt flores quidā venustissimi,

○ 4 per